



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Profuga[n]da sterilitate mulieris or[at]io. c. 6

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Et finita missa sacerdos benedicat eam hoc modo. **B**enedictio Dei omnipotentis, patris, et filii, et spiritus sancti descendat super te: et maneat semper. **E**t aspergat aqua benedicta: quae surgens offert sacerdoti, quod sibi placuerit: et domum revertatur in pace.

Pro fuganda sterilitate mulieris. **Oratio. Cap. 6.**

Quier steris et infecunda venies ad ecclesiam accedat ad sacerdotem habentem superpelliceum et stolam: et se eius orationibus commendet. **Q**ui faciat orationem super eam in hunc modum. **I**n nomine patris, et filii, et spiritus sancti. Amen. **V.** Adiutorium nostrum in nomine domini. **R.** Qui fecit celum et terram. **Ps.** Beati omnes, totum cum gloria patris. **A.** **B**enedicat tibi dominus ex sion: et videas filios filiorum tuorum usque in tertiam et quartam generationem. **Kyrie eleison. Chorus eleison. Kyrie eleison. P.** in nomine. **A.** Ave maria. **O** redo in Deum.

Quibus dictis sacerdos subiungat. **V.** Salva fac ancillam tuam. **R.** Deus meus sperante in te. **V.** Sint filii tui sicut novellae olivarum. **R.** In circuitu mensae tuae. **V.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus. **V.** Dominus vobiscum. **A.** Et cum spiritu. **O**remus. **Oratio.**

Oeus, qui mortuam vulvam Sarre ita per Abrahama semen fecundare dignatus es: ut ei contra spem sobolis filius nasceretur, presta famulae tuae istam, pro sua sterilitate deprecanti: ut merito infecunditatis ab ea submoues: et ad concipiendam sobolem ei fecunditatem tribuas: et filium, quem donaveris, clementer benedicas. **P**er Christum dominum nostrum. **O**remus. **Oratio.**

Questatis tuae clementiam deus pater omnipotens suppliciter rogamus: ut preces nostras pro sterilitate famulae tuae istam benignus assumes: et ei prolem tibi et hominibus gratiosam concedere digneris. **P**er Christum dominum nostrum. **P**ost haec aspergit eam aqua benedicta: et imponit quae sepe dicat, vel dici faciat predictum psalmum. **B**eati omnes qui timent dominum, et pater noster, et Ave maria, et O redo in Deum etc. **E**t quod honeste cum viro suo, et pudice actum matrimoniale exercent.

Oro pro impeditis in matrimonio a demone, vel maleficio. **Ca. 7.**

Sacerdos cum superpelliceo et stola super virum et mulierem impeditos sequente oratione dicit. **V.** Adiutorium nostrum in nomine domini. **R.** Qui fecit celum et terram. **V.** Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. **D**eus meus sperantes in te. **A.** Misere eis domine auxilium de sancto. **R.** Et de sancto tuere eos. **A.** Nihil proficiat inimicis tuis. **R.** Et filii iniqui.

